uteretur bonis neq; vt despiceret pauperes aut certe illas instrumentum libidinis sibi computaret: aut illas se amissuram existimaret vnq;. Idcirco cum legisset apostolū paulūz dicentem. Qui fidēter seminat fidenter et metet. Et iterum. hylarē datorē diligit deus. Atq; etiā quū legisset prophētā dicentē. Et pauperes et diuitē ego feci: et pro oibus equalis cura mihi est. Spiritu diuino succensa intra semetipsam dixit. Cum curaz de oibus gerat deus et quis metuere debet ne ei? minuatur patrimoniūz: vnde deo iubēte prorogatur. Time Anastasia iquit time magis ne si tepida et sterilis et infidelis i bonis operibus fieris tandē egena et i ops prorsus iueniaris. Nō timeas inquam ne difficile regna igrediaris celorum modo sis humilis modo sis larga quia ex hoc beator vocaberis. Sed nec etiam i hoc seculo ob hoc nec i futuro aliquaz senties egestatem: igitur da pauperi vt deum fenereris deū tibi computa debitorem sentias prepositam esse miserenti misericordiam oibus sacrificijs dño dicēte. Beati misericordes qm ipsi misericordiam cōsequētūz: vtz et tu gloriā cōsequeris et requiem. Eam obrem statuit nō se diuitē sentire neq; nobilitatis alicui? dñaz sed humili veste cōtecta quottidie cum sola ancillula visitare infirmos et in carcere pro christo relegatos iuiscere et illos atq; alios esuriētes alere cibo vestire nados peregrinos tecto suscipere atq; alijs pietatis operibus indulgere et eterni premij spe christo i pauperib? fenerari qui dixit. Quodcūq; fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis. Et qd in his exemplo Marthe iugiter inuigilaret nihilomin? aliquē etiam sibi cōstituit horarum numerum in quibus diuino et spūali profectui icūbere volebat. Quod vbi nuntiātum marito fuisset eam videlicet quāz vna tantūz consociata Ancillula vili habitu christianozū more carceres circuire etq; necessaria subministrare. Eā illico artissimo et tetro carceri icludit ita vt etiam alimēta subtraherētūz: vt per hoc sic perempta eius latissimas possessiunculas occuparet: verita autem ne ob hoc moreretur lamentabiles patri et magistro suo Grifogono in hec verba direxit epistolā. Sancto confessori christi Grifogono Anastasia. Licet pauper meus cultor fuerit idolorum mater tamen Fausta christianissime semper vixisse et caste ac me inter ipsa cunabula christianam fieri fecit: post cuius excessus sacrilegi iugum mariti suscepi cuius deo miserante thorū mentita infirmitate declinās ole noctūq; dñi nostri iesu christi amplector vestigia. Cūq; iste patrimonium meūz (ex quo illustratur) cum indignis et turpibus idolatris exhauriat me quoq; velut magam ac sacrilegam custodie tam grauissime macipauerit: vt vitam corporalem amittere suspicer. Nihil enī superest nisi amisso spiritu succumbam mori. In qua morte licet gloriē de confessione domini nostri iesu christi tamē in eo mens mea valde conteritur quia opes mee quas ego ex asse deo voueram alienis a deo et turpibus inferuiunt. Et idcirco deprecor te homo dei vt instāter dominum depreceris vt aut ad fidem suā venturum si preuidet publicūz faciat venire: aut si preuidet eum i hac incredulitatis peruersitate mansurum iubeat locum dare cultoribus suis. Melius est ei exalare spiritum qd dei filium denegare et eum confitentes impedire. Etenim testis mihi est christus quoniam si liberata fuero sanctorūz vestijs adhibebo: et curas oīū sollicitus exercebo vt ceperā. Vale vir dei et memeto mei. Cūq; hac epistolā legisset Grifogonus oīone facta cū multis pfefforibus ita rescripsit.

Humilitas
eius ma
gna.

Epistola.

De Sancta Anastasia

Epistola. **¶** Fluctuanti tibi iter procellas et turbines mundi: cito super undas deambu-
lans christus adueniet: et dyaboli aduersus te flammam spiritus: vno iussu suo ser-
mone compescet. Patienter et quasi in medio maris posita crede christum ad te
esse venturum: ad temetipsam conuersa / cum propheta exclama dicēs. Quare tristis
es anima mea: et quare conturbas me? Spem in deo quoniam adhuc consistebat illi saluta-
vultus meus et deus meus. Seminum diuini muneris probat inditum: quum tibi
et terrena reddidit et obabuit celestia. Deus eius beneficium suum ad hec extrema
tibi pertrahit: ut non sit nobis vile quod prestat: vide ne turberis in hoc quod pie viuere
tibi inferantur aduersa. Non enim decipit sed probat. Non est desectio tua: quam
putas per hominem posse costare. Audi scripturam dicentem. Maledictus homo qui
spem suam ponit in homine. Et benedictus homo qui spiritum suum ponit in domino. Ea
ue iquit fortiter vigilanter et strenue vniuersa peccata: et a deo solo quere solatium
cuius iussu conseruas. Cito enim tempus placitum ad te conuertetur: et quasi noctem
tenebras floridus dies lumen aspicias: atque post glaciei frigus hiemis transieun-
tis aurea tibi tempora et serena succedent: ut omnibus qui pro christi amore affligun-
tur prebeas temporale letitiam per quam sine dubio consequeris eternam: vale in domino et ora
pro me. Hanc epistolam legēs Anastasia fortiores fidei vires accepit: ac tantum
de patientie virtute gloriari: quātus prius de oppressione infidelissimi viri se cau-
sabatur affligi. Igitur beata Anastasia quum ita in custodia stringeret: ut ei vir-
panis quadra daretur: estimās se in ipsa tribulatione deficere: denuo in hec ver-
ba sancto viro scripsit. **¶** Consessori christi Grisogono Anastasia. Finis venit
corporis: Memoro mei. Et egredientem animam meam ipse suscipiat pro cuius a-
more ista sustineo: que ex hore huius vetule recognoueris: vale. Ad hec sanctus
Grisogonus talia remisit scripta. **¶** Grisogonus anastasiae semper est ut lumen
tenebre antecedit: sic etiam post infirmitatem salus reuertitur: et vita post mortem
promittitur. Vno fine concludunt et aduersa huius mundi et prospera: ne vel tristi-
bus desperatio vel letis elatio distinetur. Unum mare est in quo nauicula corpo-
ris nostri velificat et sub vno corporis gubernatore aie nostre nautico fungun-
tur officio. Quorundam igitur naues fortissimis carinaz nexibus solidate tene-
brosi equoris concitatos fluctus ille pertransiunt: quorundam vero fragili iun-
ctura lignorum etiam in tranquillo vicinorum morti consueunt cursus. Prope etiam
illis ut pereant qui non cogitant qualiter ad portum salutis pertingant. Tu autem
o christi irreprehensibilis famula: crucis tropheum tota mente constringe in quo
tuis dum desiderijs parueris: cum martyrij palma ad christum pertinges.

¶ Interea publicus vir eius moritur: et ipsa sancta e carceribus liberatur. Quam
obrem non minimas gratias egit domino et saluatori nostro iesu christo. corripue-
rat enim in hac calamitate eam omnes tanquam magister discipulum quem nouerat ardenti-
ssimi spiritus et ingenij. Sicque et incarcerationis moram Anastasia magnitudine se-
noris duplicauit. Nam et per se a sancto proposito minime retraxit neque enim eam
aliquis a timore christi reuocare aut ab eius dilectione diuellere potuit: propter
quem omnem seculi gloriam popamque et etiam ipsam vitam temporalem contempsit cui
nihil dignum comparauit. Magis magisque in ea quotidianus amor christi crescebat:
crescebatque fides. Et ne audiret vocem et iudicium sanguinis clausit aurem: et om-
nem substantiam suam per maximam dispersit tandem et dedit pauperibus ut iusti-
tia eius maneret in secula: et in seculum seculi. Exortabatur autem omnes ad profectum

De Sancta Anastasia

anime exortabaturque quam marie singulos quos et elemosinis et documentis com-
souebat dicēs. Preterire figuram huius mundi: illam veram esse vitam que peritis vi-
te emeretur comodis. Singulis prope diebus lustrabat carceres in quibus christia-
ni pro fide christi detinebantur. Nec eas obres alicui momentum se existimabat.
Et quicquid ex patritijs familijs innumerisque diuitijs plurimum foret insignitum: nihil
tamen de habitu magnatorum habere volebat. Ea prope etiam ab ancillis suis miro amo-
re in eius veneratione dedite erant. Superbat profecto omnes de incredibili ipsius
humilitate quadam et gloria et honoris pristina nobilitatis atque fulgoris per christi-
sto et calcare et contemnere potuisset. Multis namque signis dominus glorificare volēs
ancillam suam etiam ad coronam martyrij prouexit in quibus quidem percussus plu-
rimi gentiles simul cum christianis deitates christi consistebant. Genique post trien-
nium a viduitate sua cum ancillis suis gaudēs Anastasia in quiete maria viris-
se. In quibusdam tentis iussu Diocletiani principis a quodam prefecto iubetur idolis
sacrificare ut postmodum eam ducere posset in vxorem. Cumque in thalamum eam perdu-
xisset ipsamque suo more amplexari vellet illa fideliter reluctanti statim diuino
iudicio cecus effectus est. Adiecit autem deos suos sciscitatus est si euadere posset.
Responditque sanctam dei viui ancillam Anastasiam turpiter de honestati ideo
nobiscum perpetuo decretus es in inferno excludam. Cumque ita obsecutus domum
reduceret intercedendo manus puerorum suorum vitam finiuit. Tribus igitur ancillis so-
roribus diue Anastasiae martyrio coronatis et ipsa iubet in custodia recludi. Au-
diens vero prefectus quod eam carceri inciperat quod innumeris vitata esset predijs
et fondis ipsam secreto alloquitur. Si vis iquit christiano ritu viuere fac quod tu
christus (quem deus verum existimas) precipit dicēs. Qui non renouauerit omnes
que possidet non potest meus esse discipulus. Oia igitur que possidet mihi da
et quo volueris libera abi tunc quidem vera censeberis christiana cui illa. Pater
meus inquit utique precepit oia esse vendenda ipsiusque celsum pauperibus non
aut diuitibus erogandum. Denuoque diro carceri fame excludam traditur Ana-
stasia: vix a sancta theodora nuperrime martyrio coronata diuino iussu et presi-
dio per duos menses mirifice extitit refecta. Tandem cum ducētis virginibus ad in-
fulas palmarum deportata quam innumera miracula et virtutes dominus per Ancillam
suam operaret misit prefectus qui Anastasiam cum multis reuocaret. Quibus ad-
ductis mor anastasia ipsam ad pallos aligari precepit: atque ignibus comburi.
Cuius exemplum secuti sunt non modo virginibus que secus exulauerat sed et alij
innumerabiles vtriusque sexus homines et cruciatus diuersos et penas alacri vultu
et infracto animo susceperunt ne fidei sue conscientiam maculare viderent: quoni-
am quidem perfecta in eis charitas foras excludere timores. Quorum si velis
nunc tollerantie ennumerare virtutes et constantie robur exponere: nec mihi ser-
monis tanta copia adesset nec etiam alijs puto nisi his solis qui oculis suis in-
tueri potuerunt. Sed iam de illustrissimis Anastasiae (ut ipse credideris) virgi-
nis virtutibus atque illustrissimo ipsius martyrio quod a deo perpetuo in celestibus
coronari promeruit dicta sufficiant. Tanta quippe huius sancte matrone Anasta-
sie fuerunt signa et miracula ut de sanctis martyribus veteribus deputaretur vna.
Cuius anniuersaria solenitas celebratur in die natalis saluatoris nostri iesu
christi octauo chalendas ianuarias.

¶ De sancta Affra martyre capitulum. cxii.



Affra sancte hylarie mar-
tyris filia iherosolimitana roma-
nis Diocleciano recie in ci-
uitate Augustana pro xpo
martyrium constantissime perferrens
celestia regna penetrauit. Hec quippe
genere Eypria fuit: et veneris hec cule-
tui dedita cum esset in iose pulchritudinis
insignita lupanaria ex documento gen-
trici celebrabat. Venit eis supradicta
salfo gentiliu dea semina siquid ipudi-
cissima: ut ab ipudica fronte paululus
ruboris absterfisse videret: et lasciuie
sibi apriorum concessisse licetias: nefanda turpitudie excogitata prima meretricia pu-
blica adinuenit: et fornice instituit: et matronas inire compulsi: quod satis execra-
da Eypriorum consuetudo in nro (ut ita dixerim) euo protracta est. Eo uenerat eni
suas mittere virgines ad litora: ut forissimum vterent concubio: et sic sue future
castitatis libamenta veneri deesse poluisse videret: et suas inuptias quesuisse do-
tes. Quam quidem abominandam stultitiam Affra hec apud angustanas recie ciui-
tates seruabat. Cuius detestabilis ipudicitia: et turpe meretricium effecit: ut si
pater eius: aut origo ignoretur. Que etsi apud iustissimos titulis decorari non possit: quoniam
tamen martyrii ardentissimo et infracto pectore: tam cito pro xpo protulit sua laudis
portio: taciturnitati fraudari non debet: quod etsi minus pudica: eodem modo fuit bo-
na: tamen pace aliarum clararum mulierum: non modo inter claras: utique mulieres: sed in-
ter sanctas merito describenda esse censui. Pedita itaque Affra cum ancillis suis
nefanda cultui meretricio ea in urbe predicta. Eius prostribuli locus: Marcellus sa-
ctus episcopus cum felice diacono persecutione Diocleciana deuitas aliqui ignoran-
ter introgressus est. Aqua: et pro turpi amatore primum susceptus fuit. Postmo-
dum ubi eum cognouit christianorum episcopus: confestim eius pedibus cum lachrymis et
ciulatu prouoluta est. Cuius tanta profecto fuit doctrina: ut eam domino lucrari
potuerit. Mane autem facto: quomodo nefandi et perfidi satellites christianorum episcopus cum
suis exquirent: Affra eos euestigio sub liministramento abscondit: delusitque hoc
modo satellitibus Affra episcopus ad hylariam perduxit: pariterque que documentis ab eo
deus similimodo suscepit: et ipsa mox ad pedes eius cum fletu cecidit: et se christia-
nam effici obnixte exposculauit. Baptizata igitur Hylaria cum omni domo sua et
alia multitudine non minima: statim demon elulare: et exclamare contra episcopum tamquam
vnum sustinens cepit: ac dicebat: o tormenta que patior: exire de habitationibus meis
necesse est: ego me cogit. Si me vis abire: da mihi locum: vel aliam aliquam in potestatem
in quam introire possim: ne hinc electus precipiter in abyssos. Cui ille: si deus me-
us ait: concedit: ut maneat: mane: verumtamen ne id quod a me exposculasti frustratus vi-
dearis: tibi diacone per maximam talem: qui in faucibus mortis non procul a no-
bis habitat: concedo occupandum: in quo introgressus demon statim iterfecit. Tunc
Marcellus sanctus episcopus Hylarie domum in ecclesiam consecrauit: atque dyonysium
Affrae auunculum augustane urbis episcopum ordinauit. Affra vero quoniam nefanda ut
consueuerat exercere recusaret: Caio iudici: tanquam christiana accusata. Cui quoniam di-



ceret: deus christiolorum meretrices abhorere: christiolorum iustissimum: et talibus habitare
minime velle. Respondit affra. Ego quidem inquit sicut maiores mei quodam pestio
demonum errore decepta: et adulteria et fornicationes atque alia huiusce nefanda
nunc usque tanquam primitias diis quasdam debitas: turpissimas sane operationes in
templis optuli. Nec advertebas: quod si nec homines quidem modesti ac mites tali-
bus nefandis stupris letarent: quanto magis dii: a similibus esse deberent alieni.
Nunc vero a domino iesu christo vero utique deo per seruos suos nupie illustrata: quomodo
didicerim me postea dedecora fuisse mortifera et nebanda: atque eosdem tales
deos perniciosissimos fore spiritus: necnon et omnino esse contemnendos: me ad veram
ipsius iesu christi religionem contuli: quod didicerim ipsum pro omnibus viuificandis crucis
patibulum transisse: etiam me ipsam totam contradidit. Et sicut ipse pro nobis pati
voluit: et ipsa pro eius nominis confessione quicquid volueris tormentorum genera pa-
ti non verebor. Quibus auditis: iudex ira successus: confestim in insula Lici fluminis
Affram adduci: et ibidem concremari precepit: quam obrem: gens paganorum mul-
titudine conuersa est. Atque ita hoc modo hec affra suorum seruauit femineus decus:
sublatumque recupauit: et sui cordis inocentia reddita fuit. Ideoque hec ipsa mo-
numentis mandasse voluit: ut cuncte mulieres prospectent quibus iclite pudicitie
cura insidet: atque quoniam non satis sit ad cordis sinceritatem testadam exteriori-
bus lachrymis et querelis se violentiam passas dicere: nisi quam possint vindictam
et corde et ope in se ipsas infligam ostenderint: passa est autem beata affra hec: non-
nis augusti. Quo quidem die: et eius anniuersaria celebrant. Hylaria autem eius
mater: dum ad sepulchrum ipsius filie iugiter excubaret: et ipsa ibidem pro fide christi
octaua die ab ipsius passione a persecutoribus cum digna: et Euprepia atque eume-
nia ignibus tradite: martyrii coronam adeptae sunt. Atque ibidem eodem die etiam
Nimica et Juliana cum Quiriacum et largo et Eresentio cum alijs viginti passae sunt.
Quorum quidem annua solenitas: pridie idus augusti celebratur.

De sancta Grata virgine. capitulum. cxiij.



Grata matrona: et pudicissi-
ma: ego genere et dignita-
te insignis: sed admirandis
virtutibus et sanctitate insi-
gnior: eo anno quo diuus Constantinus
magnus: totius imperii monarchia est a
securus: post denictus huius seculi cursus
meritis gloriosa: et optima senectute a
pud Bergomum cisalpine gallie ciuita-
tem suam vite sine sortita est. Hec itaque
et Bergomo urbe origine ducens: Lu-
puz ditissimum ipsi: verbis ducens: huius pa-
rentem: cui quomodo filia et heres esset: ei-
dem opulentissimum extitit patrimonium. Que cum ab ipsa sua adolescencia: inter ce-
teras sue regionis feminas euasisset: speciosissima: asserunt cuidam magno ger-
manorum principi fuisse desponsata: sed nuptie nunquam celebratae. Hinc igitur iprimis
Grate nomen conuenienter ad naturam rei inditum fuisse: peroptime reor: quod non mo-
do cunctis gentibus: sed et ipsi deo optimo per omnia grata fuisse probatur. Verum a



quo christianitatis doctrinā et insignia acceperit ex historijs minime scit. Eam tamē appime nō mediocriter etiā inscripturis diuinis atq; rez diuinaz appetitissimā fuisse scim⁹ et quuz nihil hesitaret i fide xpī i oīone p̄seuerabat insisteretq; donec et ipsa mun⁹ spūs sancti accepiss⁹ qd̄ posebat. Pro quo adeo eam i cādūt diuin⁹ amor vt i ea nihil esset mūdā⁹ quod violaret affectus: s; quidā p̄tinuus ardor: vnde et sepe cū profeta cātabat. Pars mea dñs atq; illd̄. Hōtas mihi fecisti dñe deus me⁹ vias vite adimplestiq; me leticia cū vultu delectationis tue vtiq; mecum erunt vsq; i fines. Ea pp̄ bonaq; liberis si ex marito suscepisset parasset i redemptionē aīe sue atq; i miserorū alimēta cōferebat iugit⁹: et nō solū diuitias s; et se metipaz quotidie dño offerrebat: atq; alios et exēplo et lingua quātuz in se erat adorabat. Sepius etēz quū audiret innumerabiles xpianos pro xpō diuersis tormētis esse sublatoz mix in modū letabatur ac in mortales gr̄as agebat deo q; neq̄ssimis tyrānis absolutos ad bonū et optimū p̄fere regemq; oīum dominuz remitteret. Cūq; rumores p̄similes quotidie p̄crebrescēt nouissime ex Galliaz partib⁹ alexāder ex thebeorū legiōe miles strenuus Bergomū quū nōnullis applicuit. Vir certe xpianissim⁹ atq; multa generositate plurimū insignitus: q ad Grata virginē tāq; xpianissimā et vrbis p̄ri mariā declinās et deis magnitudinē tribulationuz et gētiliuz furorē quē sanctis per vniuersas gallias iferebāt tyrāni cū lachrymis retulit. Dicēs inimicū dya boluz oib⁹ virib⁹ i christianos cōgressus fecisse atq; suos ministros i eosdem armarisse et informasse quaten⁹ omne sceleris ministeriū ac crudelitatis possent explere. Is autē alexāder vir strenuus erat et deus atq; i boīs integrā et perfectā charitatis custodiebat in oib⁹ quoq; mādatis et iustificatiōib⁹ domini sine querella iugiter icedebat. Erat et ad obsequia seruorū dei p̄p̄tissimus. Eratq; nō mediocriter erudit⁹ ac etiā latīna lingua disertus. Ibidē itaq; alexāder ip̄e zelo dei succēsus quuz dei xbum errātibus ac xp̄m ignorātib⁹ Bergomētib⁹ aliquādiu difeminās nō nullos xpō ea in vrbe lucrat⁹ fuisset. Ip̄i pagani bergomēses idignabūdi q; eū imple agere affirmarēt scilicet trāsgredi suos facere patrias leges: quas vnūquēq; ita adeo obseruare oportebat vt nemo presumēt nouas res temerario ausu inouare p̄ferat quuz a suis legib⁹ cautū foret vt capitalis pena decerneret qui fm̄ leges patrias deos nō adoraret. Ip̄suz iccirco quia xp̄m ip̄etermisit predicabat et deos gētīū cōdēnabat et ip̄robabat tandem capitali pena p̄demnarūt. Quod vbi sc̄te virginī nunciatus fuisset sanctū v3 dei hoīez trūcatum esse: ex templo muliebre abiecto timore moliciēq; feminea ac serus debilitate p̄orsus abiectis et sepelitis suis cōitata mācipijs ac nō nullis christi fidelib⁹ vt sancto hominī funebre p̄stare offitūz ardenti anio nocte media iaream certaminis sc̄ti viri descēdit et intravit vsq; cadauere et se parato capite cruentato sui ip̄i oblita illud sanctissimuz et venerabile corpus iaz cruore resperfo exosculari: et āplecti nō destitit et fetidos cruore artus lachrymis suis lauit sepe vocib⁹ eū ex animē reuocabat i amplexus. Nec eaz ab hoc pietatis offitio remouere putuit turba furibūda aut ip̄ie eorū man⁹ nec q; terribill⁹ videbat principūz romanorū publicūz edictūz quo cauebat pena capitalis suppliti⁹ ne quis cuiusq; occisorū christianorū funebre p̄staret offitūz: qn̄ ardenti aīo sublatuz corpus ex suburbanis i superiore deffereret ciuitate atq; ibidem aromatib⁹ delibutuz omni cū reuerētia sepulture traderet. Atq; ita eā

De sancto alexandro hic commemorat.

verus christi amor itaq; fides et vera christiāoz sanctitas suasisse potuere. Eorū sepulture cōdito deinceps ip̄i Grate xgini totus pene mūdus alien⁹ omnino factus ē vnde patrē eternū desiderās tanq; a dño vocata i imagine leuitaz sup̄ oīa gladijs spiritualib⁹ corporales oēs affectus isē oīno occidit. Per sepe namq; cū apostolo dicebat. Nihil itulim⁹ in hūc mūdum nihilq; auferre poterim⁹. Nihil i ipsa intuli i hūc mundum veniēdo sicq; et abeundo nihil auferā. Ea de causa vt se mūdo mortuā ostēderet p̄ma ea in vrbe claustralem vitā exercere cepit et plurimas xgines sibi i dei seruitio cōgregās gloriois virtutibus et miraculis valde clara effulsi. Cui⁹ admirāde virtutes atq; miracula vlti vsq; inseniuz longe lateq; p̄rebuere. Tandē isenectute bona eo i suo monasterio adhuc extāte collecta est i pace p̄ma die chalendaz maias. Cuius sanctitatis p̄coniu3 merito credulitatis sue: populus Bergomēsis debite venerationis cultu: eo die scilicet chalēdis maij singulis ānis celebriter recolit.

De sancta Helena constantini matre. capitulum. cxliii.



Helena sancta magni Cōstantini mater. Julio pontifice Romāo i chathedra petri p̄sidēte āno a natali xpīao septioz trigēsimū supra trecētesimū romē vndecio chalēdas iunias inumeris meritis glōiosa migravit ad dñm. Hec i primis qdes oīuz xpianorū ne du3 fuit p̄clarissima regina s; et parēs affectuosissima: eque q; christiani splendoris eximius fulgor: atq; bonaz virtutuz certissimuz documētū. Que secūdu3 quorūda3 documēta et maxie di-



ui Ambrosij (qui eā stabulariā noīat) plebei hoīs filia extitit. Alij x̄o celi An̄ gloz regis a p̄ncipio captiua volūt: quod quidē et ip̄e arbitroz quū sic a plurib⁹ oppinē. Que vt erat incomparabilis forme et speciositatis puellula nup̄sit virgo illustri viro Cōstancio totius occidentis cesari: et ex eo (vt ceteros si nam) cōcepit et peperit. Zubar illud eximū christiāe fidei Cōstantinuz cognomento magnuz postea iclituz Augustuz cuius tantus fuit fidei fulgor et ardor vt nō se tantuz eterna fama splēdidum faceret: quin ymo et parentes et gentiles infideles et p̄riam atq; christiāos omnes perhemni nobilitarit et extulerit gloria atq; triūpho. Hec nō tantū hec sancta virago Helena felicitis regni i ip̄erij decore ac serenissima prole tanti filij quin vrgente maximo diuini cult⁹ ardoz inuento salutis nostre Crucis tropheo oībi toto longe cognita deuenerit. Eam enim posteaq; p̄hemni fonte a diuo papa Siluestro mondata fuit atq; de omni verbi dei incarnatione et crucis misterio peroptime istructa extitit: dixisse se p̄i⁹ ferrūt. Quomodo me redēptaz arbitraz si ip̄a redemptio crucis nō cernitur. Hecū qm̄ peregrina est hui⁹ sancte viraginis historia anteq; vltieris p̄grediatur paulo altius est assumēda: varie etēz vt supra p̄missuz est inter celebres viros de huiusmōi regina ferūt oppyniones cuius generis maxime fuerit orta sed cuiuscūq; fuerit ad h̄storiam nihil refert. Ip̄ius autē ob venū

statem asserit plurimum placuisse Constantio cesari/ et ab eo i primis fuisse op-
pressaz. Erat quippe ex more illius gentis/ qui vt plurimū sunt pulchro et clario
corpore ac membris robustissimis/ necnon et colore cādido/ et ipa quoddā pre-
ter naturā mirabile in ea/ ita vt nō soluz exercitum Cēsarianum sed et alios i nu-
merabiles ex omni mundo homines ad illam videndaz/ vsq; in ipsis suis occi-
diuis partibus/ proficiscerētur. Quom inter cetera/ et ei esset corpus nimia pro-
ceritate elatus/ et adeo/ vt qui eā nouere/ crederent/ occiduas quasq; mulieres/ et
etiā indecore facies/ anteire/ Eratq; sermone leni et blādo atq; lingua diserta/ in
genio quoq; vniuersos prestabat. Māgne prudētie et sagacitatis decore/ fulge-
bat/ sicq; tam bonitate et cūctia prudētia/ q; pulchritudine incomparabili/ i am-
plissimā famā/ etiam apud remotissimas nationes euasit. Verum post non mul-
tum tempus/ cōstantius princeps modestissimus/ ad occultandaz crimen/ itaz
splendide mulieriscū eas legiptimas celebravit nuptias. Suscepitq; cōfestim
ex ipa/ pulcherrimā prolem/ quam inter/ Constantinus magnus vnus fuit/ matri
q; similissimus. Quem cōstātinus p/ quum accepisset/ magui ingeni/ et moruz
ellegātia/ ac magne probitatis pueruz/ ad sue felicitatis cumulus existimauit/ et
deinceps maiore i precio/ Helenā vxorem habuit. Erat nāq; ipsa ingenio miti
et placida/ a deo/ vt obsequētissimi numinis benignitatem representare videret.
quippe tanto animi ardore/ ad omnem ferebatur virtutem/ vt ab ipsa sua men-
te/ omnes oīno animi depelleret morbus/ Eam etiam obrem/ ad tantā eam per-
uenisse pbiam ferunt/ vt iam in se contemptis pīscoruz idolis/ et erroribus/ vnū
deus/ vtz/ solum crederet. Ipsumq; regem/ ac dñm celi/ et terre/ et solis/ stellarum/
totius quoq; mundi creatorē oppinaretur. Et iccirco totis viribus/ sic viuere
conabatur/ vt vel omnia huius mūdi blādimenta paruipendere diceretur. Re-
ete itaq; iam/ tanq; rationis nō expers/ de prouidētia dei sentiebat/ deq; imor-
talitate animi/ ac de bona viuēdi norma/ que quidez a fide iam itaz dependere/
videbantur/ eaq; oia vere vite felicitatem pre se fere dicebat. Non tenebat solū/
sed etiam predicabat diuinā esse iusticiā. Quibus plane ex virtutibus/ Helena
virgo adhuc gentilis et pagana/ christianitatis fidey fundamēta iecisse visa est.
Et q; mūdus eidem felicissime arideret/ nihilominus sepius illud phoz ver-
bum in medium proferebat/ dicens. Quid enim boni in se habet hec mortalis
vita/ vel quibus potius malis non abundat? Et iccirco ipsam nature et for-
tune comodis cum tremore moderate semper vsam fuisse ferunt/ illaq; omnia nō
suis meritis/ sed adeo viuo sibi condonata existimabat. Sepe etenim/ illud/ He-
lene troiane seu grece mulieris apud/ Homerum dictum/ suo obuersabatur in
ore. Ast alias alij quisquis valet omnia solus. Patq; bonumq; malumq; de?
Omnia inquit/ mortalibus et bona/ et mala/ a deo prouenire/ et id ad eoruz vti-
litatē semper. Incredibili tamen merore/ Helena iugiter/ ex elephantie morbo
filiū eius Constantini afficiebatur/ ymo perfundebatur/ et eam obrem/ quotidiana
nis curis diurnis videlicet pariter et nocturnis angoribus excruciabatur. Ipā
quippe/ Britanica regio/ ppter corporum albedinem/ tales morbos facile su-
scipere dicitur/ atq; in posteros pertransit/ vt in ipsius Constantini filia cōstā-
tia postea exploratum fuit. Mortuo autem Constantio/ Helenē marito/ ipsa quū
audisset regnum/ et monarchiam totius orbis eius filio Cōstātino cessisse/ atq;
de omnibus tyrannis triumphasse/ nō sibi non vebemētissime letari atq; gau-

Homerus

Nota.

dere/ sed quodam inenarabili/ exultauit tripudio. Neq; enim inferiore exulta-
uit gaudio/ Helena/ quam q; deus omnipotēs/ iam tandem suos mites ben-
gnosq; oculos cōuertisset/ ad laniatos desertosq; per vniuersum iam orbē po-
pulos. Eosq; voluisse ex efferatis truculentisq; rapacissimoruz lupōrum gla-
dijs eruere/ et per filium suum/ constantinum mansuerissimum et iustissimum
hominem saluos facere. Et cum ipsa sui filij nosset integritatem/ existimabat
etiam/ nullum imperio romano posse p̄fici ipso/ aut prudentiorē/ aut equio-
rem/ aut meliorem/ aut doctiorē seu clementiorē/ et demum in omni absolu-
te virtutum genere/ prestantiorē. Actum nempe dicebat de vniuerso imperio
romano/ nisi repente diuino munere/ instantis turbulentissimarum tempestatuz
fluctibus/ et procellis/ tantoruz tyrannoruz iste filius meus gubernator/ illu-
xisset/ cuius felicissimo ductu/ haud dubitato spero/ quin optatus quietis por-
tus/ et perpetua quedam salus/ nedum Romano populo/ sed et vniuerso orbi
diuinitus par iatur. Porro dum i promotione tante dignitatis/ Helena mater
plurimum iucūdatebatur. Ecce illico allata est fama in Britania/ ipsum ad rituz
christianoruz per baptisimuz demigrasse. Quod quidez nunciū/ Reginaz per-
moleste pertulisse ferunt/ q; et ipsa iam iudeoruz profelita facta/ legi et religio-
ni ipsoruz plurimum inclinaretur et faueret. Maluisse potius asserens ipsum
filium augustum/ ex gentilitate ad iudeoruz q; christianoruz pertransisse.
Qui rumor quum innotuisset iudeis/ contristati nimium/ plurimi ad reginam
concessere/ conquesturi de christianis. Asseuerantes christianos inique nūm
um agere. Quoniam quum alienigene essent/ sic scripturis iudeoruz nihil om-
nino ad se pertinentibus/ impudenter abuterentur/ vt se in ipsoruz iudeoruz
nobilitatem velint intrudere/ et iudeos omnes a patriis ritibus extrudere co-
nentur. Illam si christum suum diuinis oraculis venturuz ante secula per mul-
ta scriptum est/ atq; nostri prophete aduentum ipsius predixerunt/ qui et sal-
uatorez et regem maioruz nostroruz/ non gentium ipsum futurum predica-
runt. Si qua tandem ipsa nostra scriptura/ meliora quedam diuiniōzq; per-
nuntiat/ ea quoq; nobis iudeis inquit/ non gentibus scripta fuisse. Itaq; il-
lustris/ Regina/ christiani non recte faciunt/ qui hec obaudiunt. Et quod tur-
pius est inquit/ ea que nobis iudeis propter erores nostros incomoda ven-
tura scribebantur/ ea iam nobis accidisse asserunt/ repromissiones vero bono-
rum in se ipsos petulanter transferunt/ quodq; mente capti hominis est/ etiam
predictam felicitatem nostram ipsi sibi attribuunt. et datas ab ipsa nostra lege
cerimonias improbant. His itaq; et ceteris huiusmodi quum aduersus chri-
stianos apud/ Reginam conquerendo/ vsi fuissent iudei/ Helena cōfestim le-
gatos/ Romam ad Constantinum filium augustum misit. Qui ex ipsius nomi-
ne referent/ se mirabundam plurimum fore/ quod tam facile leges et patrias ce-
rimonias reliquisset/ et fatuam ac omnis rationis inopem christianoruz fides
vniuersis gentibus inimicam atq; impiam potius delegerit q; iudaicam. Que
quidem fides/ nec iudeoruz deum optimum immortalem/ neq; eoruz cerimo-
nias/ nec gentium ritus imitare/ id est videtur. Qui quidem christiani inaudi-
tum ac iniurium iter sibi ipsis turpiter confecisse omnibus videntur. Que qui-
dem verba/ Helenā quum nec iudeoruz/ nec christianoruz scripturas/ aut reli-

Iudeoruz
querelle
contra chri-
stianos.oratores/ be-
lene ad cō-
stantinum

n i i i

gionem recte adhuc intelligeret / Constantino filio / de christiana fide suscepta
 refferi fecit. Augustus autem Constantinus / visis / auditis / et intellectis Helene
 matris oratoribus / quam citius fieri potuit in Britanniam / ad eam romam ac-
 cersciendam / bonorabilem remisit legationem / qui ipsi sue genitrici non mo-
 do felicitatem / sed et perfectam ipsius sanitatem / manifestissimamque de celo dei au-
 xilia / et innumerabilia diuinitus miracula refferrent illam quoque ad se reduce-
 rent pariter gauisura. Eumque Helene allatus esset nuntius de filij sanitate / mor-
 tanta animi voluptate perhibetur affecta / ut ex oris hyllaritate / etiam circum-
 stantibus inijceret felicitatem. Ad primum autem de ipsius filij sanitate / bap-
 tismo suffragante / nuntium / tantam de illius optima vita futuraque probitate
 spem in deum Helena conceperat / ut sibi magnum / ad felicitatem cumulum ad-
 ditum putaret. Nec sua profecto fefellit oppinio. Plurimos autem Iudeos et
 eosdem quidem eruditissimos Helena secum Romam adduxisse tradunt. Et
 quoniam dicimus Helenam hanc insignem reginam ex Britannia originem du-
 xisse. De ipsius regni situ non alienum erit hic pauca commemorare. Britannia igitur
 que et Anglia nunc appellata / a Britone Troiano / Rege / id nomen acce-
 pit / quum primum Albiana quibusdam albis montibus propinquis appel-
 laretur / ipsa est Insula per maxima oceanum / quam quum Julius Cæsar sibi tam-
 dem subiungasset / dixisse ferunt imperium Romanum extra orbem terrarum se
 propagasse. Porrigitur autem in longum secundum Solinum / octigentis miliaribus
 in latitudinem vero trecentis. In ea inter cetera / Londra est celeberrimum
 oppidum / quod Londinum ab antiquioribus appellatur / totius ferme occidentis cele-
 berrimum Emporium / in quo innisariam exercetur mercatura. **P**rofecta ita-
 que Helena ex Britannia / romam. Euestigio illa ex inopinata filij amantissimi / le-
 ticia / pene usque ad defectum mortis peruenit. Verum ipse eius filius illam plu-
 rimum recreauit / licet et ipse a lachrimis contineri minime potuerit. Dicta au-
 tem eorum mihi nunc haud significare videtur. Narrauit nihilominus Con-
 stantinus ipse / sue genitrici carissime beneficia permulta / sibi a domino Iesu
 christo multipliciter et inopinabiliter collata. Et pote quod sibi affuisset tempus
 per optimum / quo sol qui prius fuerat in nubilo / sibi maiorem in modum per-
 fulgidus esset. In primis quippe de maximis periculis liberatum / per trophe-
 um sancte Crucis / quod sibi aureum in aere apparuerat / non modo liberatum
 sed et victorioso / magnum de tyranno reportasse triumphum. Preterea sibi in
 visione nocturna apostoli christi petrum cum paulo apparuisse / qui eidem op-
 timum recuperande sanitatis consilium contradidit. Postremo post adep-
 tam sanitatis gratiam / se vna cum omni populo Romano visibiliter Saluato-
 ris imaginem miraculose parietibus effigiatam vidisse / in Basilica sancti Jo-
 annis baptiste / a se nuperime extructa. Alia atque alia quum plurima / ipsi geni-
 trici sue Augustus sibi contigisse prodigia et miracula contulit. Quibus audi-
 tis grauissima mater vehementer obstupuit / et quodam mirabili gaudio stetit
 attonita / ac vox confestim inebat faucibus / interque metum et leticiam / cogitatio-
 nibus varijs nutare cepit. Aderant tum cum plurimi eruditissimi hebrei / Ade-
 rat et sanctissimus pontifex Siluester cum innumerabili multitudine populo-
 rum / quum hec ab Augusto serio genitrici Helene recitarentur. Morque de si-

de britania
 Insula.

Helena ro-
 mam venit.

de diu multumque disceptatum est. Siluester autem pontifex hebreos calum-
 niatores esse ostendere volens / quod christianos rationis expertes / sed fide sola per-
 suasos / nihil omnino probare posse asseuerabant / cauillationibus omnibus ab-
 lectis / certas et appertissimas de christiana fide mor attulit probationes. Plu-
 ribus quoque ac perspicuis argumentis probauit gratiam dei ac cel estia bene-
 ficia / per dominum nostrum Iesum christum filium dei saluatorem nostrum /
 christianis esse collata. Dixit enim audite me inquit o iudei et qui astatis om-
 nes / sermo et predicatio nostra non est / ut noster ait apostolus / imperuassibili-
 bus humane sapientie verbis / sed in ostensione spiritus et virtutis / et rursum /
 Sapientiam loquimur inter perfectos / Sapientiam autem non huius seculi /
 neque principum / qui destruantur / sed loquimur sapientiam in ministerio ab-
 sconditam. Preterea / sufficientia nostra inquit ex deo est qui nos et idoneos se-
 cit ministros noui testamenti / demum Siluester pontifex astantibus / Augusto fi-
 lio videlicet et matre ac innumerabilibus sapientissimis viris / quum obiectis
 iudeorum diu et rationabiliter atque sapientissime eos confutasset. Ostendit ma-
 iores nostros quum diu demonum cultus tenuissent / attendisse iudeas scri-
 pturas / pro quibus ipsos cultus pristinos abominauerunt et spreuerunt / a qui-
 bus quis plurima christiane religioni consentanea collegissent / nihilominus
 ipsorum iudeorum ceremonias et viuendi modum imitari noluerunt. Sed ne
 viderentur ipsa sua dicta aliter ase confecta / quam si tam ipsa quam a maioribus suis
 ipse accepisset / quam iudeorum priscas virtutes in medium / ut omnibus pate-
 ante oculos omnium preposuit / ut et simul sue disputationis et argumentatio-
 nis virtus extaret. probauit quod per ipsam iudeorum scripturam / fuisse ab erro-
 ribus pristinis christianos liberatos / probauit quoque plurimis rationibus qua
 ratione / iudeorum scripturas christiani admirantes / illorum vitam nihilomi-
 nus recusare voluerint. Postremo ipse diuus pontifex Siluester / ipsis iudeis
 ostendit / que fuisset ratio euangelij / et quis proprie atque sincere diceretur chri-
 stianissimus / quod nec gentilium / nec iudeorum / sed noua quedam ac vera religio
 ab ipso saluatoris nomine appellata. Intulit enim ipse pontifex coram omnibus
 astantibus / et quidem stupentibus / priscas omnium et primas theologias / per
 singulas nationes et regiones ciuitatesque diuulgatas / atque probas / omnium sa-
 pientium philosophorum / de dijs et de constitutione mundi opinioniones. Ex qui-
 bus quidem apertissimis rationibus cognoscere potuerunt / recte ne an non /
 christiani / iudeorum ritum spernere debuerint. Quibus ex rebus quum iudey
 quid responderet / ignorarent. Sanctissimo Siluestro cesare ac christianitatis /
 iugo colla submiserunt. **H**elena autem quum ex iudeorum longa consuetudine / ali-
 qualem de scripturis diuinis notionem haberet / nec hebreorum linguam igno-
 raret / quæstiones diuino Siluestro de scripturis proponebat et causas et rationes mul-
 tarum scripturarum exgrebat. At ipse non modo de scripturis diuinis / sed et de mi-
 sterio sacratissime trinitatis efficacissime causa ac ceteros omnes instruit. Declarauit. n.
 deum unum esse patrem creatorum visibilium et invisibilium / creatorem omnipotentem / eiusque
 unicum filium dominum nostrum Iesum christum / per quem creata sunt omnia / verum esse deum / et ipsum
 cum patre / unum esse substantiam / et ei per omnia equalis / ut nec tempore nec gradu nec po-
 testate possit esse inferior / asserens / tantum esse illum qui est genitus / quæstus ille qui

Siluester in
 iudeorum.

Trinitatis
 optima.

genuit. Non autem tenerent quamuis dicatur genitum a patre filium diuina
 z ineffabili generatione ei aliquod esse ascribendum tempus sed nec patrem ali
 quando cepisse nec filium: Esse vero spiritum sanctum etiam verum deus ex pa
 tre procedentem / equalem per omnia patri / z filio / potestate / voluntate / eternita
 te / substantia. Hec esse in trinitate aliquis proorsus gradus: nihil quod infe
 rius superius dici possit sed tota diuinitas sui perfectione equalis est: vt ex
 ceptis vocabulis / que personarum proprietatem indicat / quicquid de vna per
 sona dicitur de tribus dignissime possit intelligi. Dicebat autem patrem / z filium
 z spiritum sanctum in substantia vnum esse / sed personis z nominibus tantu
 modo distingui. Docuitque filium dei / qui absque initio eternitatem cum patre z
 spiritu sancto possedit / in fine seculorum / perfectum nature nostre hominem / su
 scēpisse ex maria semper virgine: Et ipsum quidem passionem hominum adeo
 suscepisse docuit / vt diuinitas permaneret impassibilis. Passu vere docuit dei
 filium / non putatiue / omnia que scriptura protestatur / videlicet esuriam / sitim / las
 titudinem / dolorem / mortem / z cuncta huiusmodi. Deinde ad imitationem chri
 sti / interpretatus est: omnes scripturas / incipiens a Moyse z omnibus prophe
 tis / z scripturis que de christo scripte erant / in quibus apertissime ostendit / ne
 cesse fuisse / ad salutem nostram christum pati / z resurgere / z ita intrare in gloriam
 suam. Docuit demum / vnum esse cunctis baptismum: quod quidem ihs / sacra
 menti verbis in infantibus / quibus etiam in adultis dicebat esse celebrandum.
 His z alijs per multis documentis / permota virago sapientissima Helena re
 gina / cum omni populo atque etiam iudeis ipsis cum propheta David / dulci me
 lodia cantare cepit. Quemadmodum desiderat ad te deus Atque ita de Egypto tenebrarum regina cum
 desiderat anima nostra / ad te deus Atque ita de Egypto tenebrarum regina cum
 suis recedens / interfecto pharaone in aquis suis / per sacrum dei baptismum ta
 dem dei munere / accessit ad patrem z filium z spiritum sanctum: Pro quo / sta
 tim / omnia excelsa domini / z fluctus ipsius / z fluminis impetus / qui dei ciuita
 tem letificant / super ipsam z suos transire. Suscepto itaque ab Helena z eius / vni
 uersa familia pene innumerabili baptismi sacramento / quanto gaudio quataque
 leticia vniuersa / nedum romana ciuitas / sed totus pene mundus exultauit / ad
 explicandam eius magnitudinem / z Tuliani ingenij certe exiccaretur fluuius.
 Quicquid cogitare potest animus / quicquid lingua explicare non potest / in te
 pore illo factum existimare debemus: Certati in oscula omnes ruerant: z pre
 gaudio christi / non modo sanctus presul Siluester cum clero / sed sanctissimus
 Augustus Constantinus flere non desistebant. O bone iesu quoniam faustus fuit il
 le dies / quidque illud / in illa vrbe iam sancta exultationis fuit. At illa postmo
 dum / quantum patiebatur sua regalis conditio / magni ardoris fidei / z humili
 tatis / ac religionis documenta prebuit. Maluit enim (vt diuus refert Ambrosius)
 vt stercorea reputari / vt christum per humilitatem luctri faceret. Hecque eius mi
 sericordiam / eius humilitatem / sanctimoniam / z animi ardorem / posset calamitatem
 primi / septius illud suo obseruabatur ore. Et quomodo me redempta arbitra
 bor / si ipsa redemptio non cernit? Ego enim i aureis habito / z christi redemptoris
 mei triumphus in ruinis: ego i quatuor tectis / z crux christi i puluere. Unde re
 pte z contra omnium oppinionem / cum maximo comitatu hierosolimam nauigauit

mirabilis
leticia.

Ubi multorum excepta fuit concursus. Presulabatur tum hierosolimis optimus
 Macharius vir fidelissimus / omnibusque virtutibus adornatus / cui hoc etiam
 accedebat / quod plurimum esset disertus / ac potens / in verbo / necnon / multa eru
 ditione peditus. Is quum causam aduentus tante regine intellexisset / inenara
 bili quidem lusu exultauit tripudio / quum viaduerteret / z videret iam tan
 dem confutata / z oino delectam tyrannorum accerbissimam peruersitatem. Ipse
 autem sanctum hominem helena regina / rebus in oibus secum adesse voluit: atque
 eius consilio / negotia cuncta peregit. Ita sancta helena volens executioni man
 dare / id pro quo in Syriam ad nauigauerat: quous loca sancta lustrasset / ad Sol
 gota locum peruenit. Ibique consistens ait. Ecce locus pugne / vbi est victoria:
 Quero salutis mee veritatem / z non inuenio. Accirco hec helena dicebat / quia per
 difficile id fieri videbatur / quod antiquis persecutoribus / eo in loco / veneris simu
 lacrum fuerat defixum / vt christiani accedentes adorationis gratiam ipsam vene
 rem adorare viderentur / ac compelli dicerentur. Et ob hoc derelictus / z infre
 quens ac pene obliuio datus fuerat locus. Ab incolis perquirunt. Illi iudei lu
 dem solus locus scire protestantur: id quippe iudeorum quippe mos est / vt si
